

665 diis auctoribus ad rei publicae amplificandae gloriam procreato
* pi¹ nostro Iovio maximo * ti¹ nobilissimo
Caesari us² * v. c. m.³ praef. praetor.

Perinthis: descripsit Cyriacus (cod. Vat. 5250, unde de Rossi inscr. chr. 2, 1 p. 369). — 1) Nomina Augusti et Caesaris ommissa sunt a Cyriaco, erasa sine dubio (litterae asteriscis notatae non recte exceptae esse videntur). Titulus positus est aut Diocletiano et Galerio, aut Galerio et Maximino (cf. N. 658), aut Licinio et filio (de Valente Licinii per breve tempus collega non cogitaverim). — 2) Omissum est a Cyriaco etiam nomen eius qui titulum dedicavit praefecti praetorio, fortasse et ipsum erasum. — 3) Fortasse scr. v. em. (Rossius tuetur quae tradita sunt ucm., putans significari virum clarissimae memoriae, ut titulus positus sit post mortem dedicantis).

666 domino patri | M. Val. Maxentio | viro claris., | Val. Romulus c. p., | pro amore | caritatis eius, | patri benignissimo.

667 dominae matri | Val. Maximillae | nob. fem., | Val. Romulus c. p., | pro amore | adfectionis eius, | matri carissimae.

In agro Romano ad viam Labicanam, millibus fere XVI ab urbe rep. (XIV 2825. 2826). — Tituli positi Maxentio nondum imperatori (id est ante mensem Oct. 506) et uxori eius Valeriae Maximillae a Valerio Romulo filio. Hanc fuisse filiam Galerii inde colligitur quod Maxentius nonnumquam dicitur Galerii gener (de mort. persec. c. 48 cf. c. 26; anon. Vales. 5, 7; infra N. 674); nobilissima femina dicitur hic utpote filia imperatoris. Maxentius, filius et ipse imperatoris, nobilissimus vir fortasse ideo dici noluit, quod pater privatus factus erat (Borghesi 3, 451); ut titulus positus sit anno 505 vel 506.

668 d[o]mino [no]s[tr]o¹ Max[entio] Au[gu]sto no[bilissim]o viro, | consuli.²

In Numidia, loco dicto Kherbet Taga vel Ain Taga (VIII 40582 vidit Wilmanns). — 1) dminos[tr]o lapis. — 2) Testibus laterculo praefectorum urbis et fastis Idatianis Maxentius consul processit primum a. 508 cum Romulo, iterum a. 509 cum Romulo iterum, tertium a. 510 solus, quartum a. 512.

669 imp. Caes. M. Aur. Val. | Maxentio p. fel. | invicto Aug. | M. p. XI.¹

Prope Veronam in vico Colognola, nunc Veronae, columna miliaria (V 8015). In eodem lapide extat titulus Crispi Licinii Constantini Caesarum infra N. 744. Similiter inscripti sunt lapides V 8000. 8047. 8059. 8052. 8054. 8055 reperti alii et ipsi prope Veronam, alii in valle superiore Athesis, unus prope Opitergium, documentoque sunt has partes fuisse per aliquod tempus sub Maxentio. — 1) Undecimi milia pasuum vicus Colognola distat a Verona.

670 imp. Caes. | M. Aurel. Val. | Maxentius p. f. | invictus Aug. | p. m., tri. pot., | cos. II¹, p. p., procos., | viam Herculeam² | [a]d pristinam | [f]aciem restituit.

Prope Venusiam rep. columna (IX 6066 = X 6974); gemelli huius fuerunt lapides IX 6059. 6067 = X 6964. 6972. — 1) A. 509 (cf. N. 668 not. 2). In uno ex supra memoratis lapidibus (Wilm. 4067) pro tri. pot. cos. II traditur fuisse trib. potestate VI, errore descriptoris sine dubio. — 2) De hac via, quae nomen traxit a Maximiano Herculo, cf. Mommsen C. IX p. 599.